



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Hospitius C. 21. Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

20. Maii.  
t ad eum  
omporta-  
n susten-  
idem au-  
deinceps  
, ut dite-  
JESVIZ.  
am quan-  
us. Supe-  
ator? Ei  
quāmpul-  
ss? quān-  
ndolū in-  
linis fugi-  
in Cant.  
Maii.  
um dabi-  
tatis erga-  
st, quia  
us, possi-  
m nomi-  
osuit, ad  
dit, eum  
menfor-  
nnus ob-  
ium: vi-  
suo cum  
Eum ju-  
ad sacer-  
ua scili-  
displice-  
iecta ta-  
men

21. Maii. VITÆ SANCTORVM. 259  
men, mali dæmonis invidiâ , aliquantilla prope-  
ranti mora est. Betellinus quidam repetundarum  
postulatus, AVSTREGISILI nomen apud Guntra-  
num Regem detulit, calumnia tam speciosa , ut  
duello purganda fuerit. Ad id diversis se luctato-  
res studiis præparabant. AVSTREGISILVS placare  
precibus Numen, argentum omne in pauperes ef-  
fundere, suis se virtutibus magis, quam armis in-  
volvere. Calumniatof generosissimo confisus  
equo, dum divinâ vi obtorpescentem fodit calca-  
ribus, ab eodem efferrato effusus animam exhalav-  
it. Nemo dubitavit AVSTREGISILO eum pœnas  
dedisse; qui eâ curâ liber, sponsæ suæ (Bituricensis  
Ecclesia fuit) ex voto Episcopus obtigit. Pro dote  
cælum accepit an. DC. XI. nobis quoque aper-  
tum, si exemplo ejus non tam diu, quam cum Deo  
deliberaverimus , quod statuendum est semel.  
Ex Surio.

*Si voci Dei tui præparas aurem interiorem, fuge cu-  
ram exteriorem, ut expedito & vacante interno sensu  
dicas cum Samuele, Loquere Domine, quia audit  
servus tuus. Vox hac non sonat in foro, nec auditur in  
publico; secretum consilium secretum querit auditum.*  
S.Bern.Ep.107.

### S. HOSPITIUS C. 21. Maii.

HOSPITIVM qui vidisset, omnibus cooperti  
sceleribus crederet; qui nōset, simulachrum  
esse virtutis pronuntiaret. Tanti est, bonum virum  
ex cultu corporis, an animi æstimes. Apud Nicen-  
sem Gallorum urbem altâ abditus turri, onustus  
ferro omniq[ue] reorum squalore deformis, raro  
cum hominibus commercio, cum superis æterno  
agebat, quibus monentibus, iratum Gallis Nu-  
men,

men, & Langobardorum irruptione scelera vindicanda esse intellexit. Aliis autor fugæ factus, ipse ergastulo non excessit, & barbaris per urbem gravantibus in conspectum se dedit: Ii pro maleficio habitum ad cædem deposunt; jamque ferrum supra caput erat, cum repente percussoris brachium obriguit, quod HOSPITIVS, signo crucis contrâ edito correxit. Secuta inde viri aestimatio, hausta ab eo præcepta salutis, quæ qui in aures duntaxat admisere, diro omnes lethi genere perire. Ultimo ante mortem triduo demí sibi vinculis passus est: quem cum toto corpore à vermicibus depastum non nemo miseraretur, negavit illos sibi convivas graves fuisse: eorum morsi unculis excitatum scad amandum Deum, non debuisse suis monitoribus cibum invidere. Simul tamen atque beatum cælo spiritum reddidit, totum examen disparuit, mirâ erga mortuum reverentia, ut appareret, in vivum ex ejusdem imperio peccasse. Sed condonemus hoc morti jus, & tantâ nutrimentum curâ corpus cedat ia vermium potestarem. Illum vermem time, qui in animo ridiculatur, & inter æternas flamas, omni Salamandrâ vivacior, nunquam moritur. Ex Greg. Turon.

Perpende, quia caro, quæ nunc accuratis dapibus nutritur, paulò post vermicibus scatere compellitur, ipsaque tunc fit esca rodentium, quæ nunc saginatur jucunditate ciborum, ac tanto graviorem exhalat putrefacta factorem, quanto suaviorem sibi procuravit educata mollem. S. Pet. Dam. l. 7. ep. 19.

## S. BASILISCUS M. 22. Maii.

**L**Atuit subinde etiam sub militari sago magna virtus, & castra theatrum præbuere Christus.

22. Maii  
næ san-  
mus p-  
mœrc-  
impi-  
Christ-  
marty-  
cujus  
cerent  
ejus ex-  
ita cur-  
nuit ca-  
perire  
tem es-  
animo  
copiar-  
leatum  
hilom  
Subinde  
ri, sub  
credo  
pedes  
rà, cu-  
sit is tan-  
tincta e-  
peravit  
lubrum  
ximum  
culoni  
Meneis  
Qui  
bis sub-  
tēpsum  
non negim  
pla simu-